

Zeitschrift: Bollettino della Società storica locarnese
Band: 11 (2008)

Artikel: Vendita di un terreno a Ronco di Ascona : trascrizione di una pergamena
Autor: Poncini, Alfredo
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-1034083>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 30.10.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Vendita di un terreno a Ronco di Ascona Trascrizione di una pergamena

ALFREDO PONCINI

Proponiamo la trascrizione di una pergamena probabilmente inedita che appartiene a Orazio Lorini di Ronco s. Ascona, abitante a Locarno, il quale ha vissuto la sua giovinezza proprio nel luogo citato nella pergamena.

Questa località (Calzo) e alcune delle famiglie menzionate nel testo si ritrovano nell'Estimo del comune di Ascona e Ronco dell'anno 1576, conservato nell'archivio patriziale di Ascona.

Regesto

1450 novembre 5 LOCARNO

Minossio fu Nicola, di Ronco di Ascona, vende a Bertramo fu Pietro, detto Petogia, di Ronco di Ascona, un appezzamento di terreno, in parte prato e in parte selva e bosco, situato in territorio di Ronco, in località Calzo.

I confinanti sono: il compratore stesso; Guglielmo Domeneguzzi; Martino Zucconi; Andriolo Zucconi, tutti di Ronco; inoltre il Comune di Losone.

Il prezzo è di 140 lire e 10 soldi di denari nuovi, esclusa ogni altra forma di pagamento. Con i soliti patti e rinunce. Fatto a Locarno, in casa del notaio.

Notaio: ser Pietro Duni fu Taddeo, di Ascona, che compose l'istrumento e lo diede da scrivere al notaio Bartolomeo Vacchini di Gottardo fu Zani.

Secondi notai: Andrea Mini fu Giovanolo, di Muralto di Locarno; Nicolao, figlio di Turcone, di Locarno; Enrico de Pengio fu Giovanni Enrico, di Losone; Lucio (?) Pancaldi, figlio di Guglielmolo, di Ascona.

Testimoni: Martino fu Zanetto, di Brione; Bartolomeo Selvatici fu Rolando, di Ascona; [...] di (?) Golino, fu Romerio di Intragna.

Stato della pergamena

Originale, proprietà privata, 480 x 340 mm, righe 62.

L'iniziale «I» si estende sul margine laterale con decorazione molto sobria.


La pergamena, attualmente restaurata, presenta, oltre a quattro buchi tondeggianti originali, tre grandi lacune e alcune piccole erosioni lungo la linea di piegatura mediana verticale, tutte dovute a microrganismi o a insetti.

La pergamena ha anche subito, soprattutto nella parte centrale, danni

dovuti all'umidità, che hanno dilavato in parte la scrittura. Ciononostante il testo è leggibile nelle parti sane, e si può ricostruire quasi totalmente nelle altre.

Due segni di tabellionato.

Nessuna nota dorsale, salvo le lettere A/C non coeve.



La pergamena prima del restauro

Testo

- [1] In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo, Indictione [quarta]¹ decima, die Jovis quinto mensis novembris. Minossius filius quondam
- [2] Nichole de Roncho de Schona, omnibus modo, via, iure, causa et forma quibus melius potuit et potest, fecit et facit venditionem, datum et cessionem et totius sui iuris et dominii ac possessionis,
- [3] translationem de proprio ad proprium in manibus et potestate Bertrami filii quondam Petri dicti Petogie de Roncho de Schona, ibi presenti, stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus et habentibus iustam causam
- [4] ab eo; nominative de petia una terre prative, silvate et buschive cum domo una² copertis a plodis intus, iacente in territorio de Roncho de Schona, ubi dicitur ad Calzum, cui
- [5] choeret a mane suprascripti Bertrami emptoris; a meridie terra comunis de Loxono; a sero suprascripti Bertrami emptoris in parte, et in parte Gulielmi Domeneguzii de Roncho de Schona; et a nullhora suprascripti Bertrami
- [6] emptoris in parte, et in parte suprascripti Gulielmi Domeneguzii, et in parte Martini Zuchoni de dicto Roncho, et in parte Andrioli Zuchoni de Roncho suprascripto. Salvo si alie vel aliter reperirentur choherentie,
- [7] quod semper in hoc contractu venditionis inteligantur recte, bene, juste et legiptime esse appoxite et reducte. Et quod semper stetur et stari debeat veritati. Et hoc cum omnibus et singulis
- [8] suis iuribus et pertinentiis, viis, accessiis, gressibus, ingressibus et regressibus eidem petie terre spectantibus et pertinentibus, et cum omnibus aliis et singulis que dicta bona superius vendita, data et cessa
- [9] habent supra se, intra se, infra se in integrum; omnibusque aschuis, paschuis et comunanziis, aquis, aquaductis, nemoribus, usibus, requisitionibus, utilitatibus, comoditatibus et pertinentiis

1 Segue spazio vuoto: manca la parola «quarta».

2 Segue spazio vuoto e la pergamena sembra raschiata. Forse si intendeva vendere anche un altro edificio. Si noti il plurale «copertis».

- [10] universis, predictis bonis supra venditis spectantibus, pertinentibus et competentibus, seu dicto Minossio venditori eorum ratione et occaxione. Dans, cedens et mandans dictus Minossius venditor eidem
- [11] Bertramo emptori omnia sua iura omnesque suas actiones, rationes et deffensiones, privilegia, prerogativas eidem Minossio venditori spectantes et pertinentes et spectantia et pertinentia in ipsa,
- [12] de ipsa et super ipsa petia terre superius choerentiata et vendita. Ita et eo modo ut ipse Bertramus emptor et eius heredes et habentes justam causam ab eo habeant, teneant, gaudeant et possideant dictam
- [13] petiam terre superius venditam et choerentiatam, et de ea sint et sucedant in universum locum, ius et statum suprascripti Minossii venditoris, et de ea faciant et facere possint ipse Bertramus emptor et eius heredes
- [14] et habentes iustam causam ab eo quicquid sibi placuerit deinceps perpetue faciendo iure proprio, sine aliqua contradictione nec nocumento suprascripti Minossii venditoris, nec alicuius alterius persone, comunis,
- [15] colegii, capituli et universitatis. De ipsis bonis venditis utatur, experiatur et exerceat et se thueatur. Et uti, experi, exercere et se thueri possit ipse Bertramus emptor eiusque heredes
- [16] et habentes justam causam ab eo, omnibus illis modis, iuribus, actionibus, rationibus, ex<ceptionibus> et deffensionibus, tam realibus et personalibus, quam utilibus, directis, mixtis et ypotechariis,
- [17] privilegiis et prerogativis et quibuslibet aliis modis et iuribus quibus et sicut <uti, experi, exerc>ere et se thueri possit, poterat et potuisset suprascriptus Minossius venditor, huiusmodi
- [18] venditionis, dati et cessionis, contractu minime celebrato. Constituens idem <suprascriptus Minossius venditor> predicta bona superius vendita tenere et possidere seu quaxi nomine
- [19] et vice suprascripti Bertrami emptoris et pro eo, quousque ipse Bertramus emptor, <possessionem et> tenutam seu quaxi predictorum bonorum superius venditorum utsupra acceperit et haprehenderit
- [20] corporalem. Quam acciπendo sua auctoritate propria et in se retinendo, suprascriptus <Minoss>ius venditor, predicto Bertramo emptori, ibi presenti, stipulanti et recipienti utsupra, plenam

- [21] et omnimodam parabolam et licentiam dedit, tribuit et concessit ac dat, tribuit et concedit, faciens, constituens et ordinans ipse Minossius venditor, suprascriptum Bertramum
- [22] emptorem ibi presentem, stipulantem et recipientem utsupra, verum dominum et possessorem et etiam procuratorem in rem suam de predictis suo proprio ministerio et facto. Abdicando
- [23] a se omne suum ius domini et possessionis suprascriptorum bonorum superius venditorum et in ipsum Bertramum emptorem, ibi presentem, stipulantem et recipientem utsupra, penitus transferendo. Et volens
- [24] suprascriptus Minossius venditor predicta bona superius vendita desinere possidere, omni iuri, actioni et rationi, dominio et possessioni sibi spectantibus, pertinentibus et competentibus super
- [25] predictis bonis superius venditis illico et penitus renuntiavit et renuntiat et in ipsum Bertramum emptorem, ibi presentem, stipulantem et recipientem utsupra, penitus transtulit et
- [26] remixit ac transfert et remittit in totum. Quam quidem venditionem, datum et cessionem et que bona superius vendita et omnia predicta et infradicta et singula
- [27] suprascriptus Minossius venditor promixit et convenit solempniter per stipulationem, obligando se et omnia et singula sua bona pignori, presentia et futura, suprascripto Bertramo emptori, ibi presenti,
- [28] stipulanti et recipienti utsupra, se eidem Bertramo emptori suisque heredibus et habentibus <justam> causam ab eo, deffendere, guarantee, auctorizari et disbregare
- [29] semper et omni tempore inperpetuum in omnem causam seu litis eventum. De qua quidem, tam sumarie, quam per iuris ordinem, cognoschatur ab omnibus persona et personis,
- [30] comuni, colegio, capitulo et universitate, tam ecclesiasticis, quam secularibus, omnibus ipsius Minossii venditoris expensis propriis, dampnis et interesse. Et sine aliquibus expensis
- [31] dampnis et interesse suprascripti Bertrami emptoris, nec s[u]orum heredum, nec habentium <justam causam ab eo>. Et hoc in pena et sub pena refectionis et restitutionis dupli infrascripti

- [32] pretii denariorum infrascriptorum et totius dampni et interesse et omnium expensarum, so<lempni stipulatione premissa et deducta. Quam> quidem penam dupli infrascripta denariorum infrascriptorum et totius dampni et
- [33] interesse et omnium expensarum utsupra, si predicta bona superius vendita <evincerentur in> toto vel in parte, seu si contra predicta veniretur vel aliquid predictorum, pro rata tantum parte
- [34] pro qua evincerentur, seu si contra predicta veniretur. Cum omnibus expensis, dampnis et interesse que fient, curent et patientur in lite et extra litem, tam pro ipsa pena petenda,
- [35] exigenda et habenda, quam pro predictis omnibus et singulis et infradictis et quolibet <predictorum et infra>dictorum, sic attendendis et observandis utsupra, predictus Minossius venditor eidem Bertramo
- [36] emptori, ibi presenti, stipulanti et recipienti utsupra, dare et solvere promixit <et convenit solempniter> per stipulationem, obligando se et omnia sua bona presentia et futura pignori, in bonis denariis numeratis
- [37] tantum et non in aliqua alia re vel substantia contra voluntatem suprascripti emptoris <et suorum heredum> et habentium iustam causam ab eo. Pacto quidem talli inter eos contrahentes expresse
- [38] habito et convento, videlizet: quod pro predictis omnibus et singulis ac infradictis sic firmiter [?] <attendendis et> observandis utsupra, possit suprascriptus Bertramus emptor eiusque heredes et habentes iustam
- [39] causam ab eo et sibi liceat et licitum sit, suprascriptum Minossium venditorem ubique realiter et personaliter convenire, rapere et detinere et in carceribusque includere, ponere et tenere
- [40] et de eius bonis et rebus possessionem intrare et hprehendere corporaliter, ipsaque bona et res ubique accipere, aufere, robare, saxire, sequestrare et contestare et penes
- [41] se insolutum retinere et possidere; necnon etiam vendere et alienare, tam <auctoritate> propria quam auctoritate iudiciali et sine pena nec vinchulo bani. Et hoc usque
- [42] ad plenam et completam solutionem et integram satisfactionem predictorum omnium <et singulorum> et infradictorum. Quam quidem venditionem, datum et cessionem et que omnia predicta et

- [43] infradicta et singula, contentus et confessus fuit, stetit et est superscriptus Minossius venditor, se habuisse et recepisse a predicto Bertramo emptori pro pretio et completa solutione
- [44] et satisfactione superscriptorum bonorum superius venditorum et predictorum omnium ac infra<scriptorum omnium et> singulorum ut supra venditorum, datarum et cessorum, libras centum quadraginta et soldos decem
- [45] denariorum novorum. Et hoc pro pretio et completa solutione et integra satisfactione <...> dictorum bonorum superius venditorum et huiusmodi venditionis, dati et cessionis.
- [46] Renuntiando ipse Minossius venditor exceptioni et iuri <...> non habitorum et non receptorum dictorum denariorum et spei future receptionis et numerationis eorum et huius contractus
- [47] venditionis, dati et cessionis non sic facti et non celebrati et non facte dicte promissionis et obligationis et omnium predictorum, infradictorum et singulorum non ita
- [48] actorum, factorum, celebratorum et omni auxilio doli, mali et infactum sine causa, vel ex iniusta causa et cuiuslibet alterius deceptionis et eroris fictitii
- [49] et simulati contractus. Renuntiando predictus Minossius venditor, quod non possit dicere, opponere nec alegari ullo tempore, se fore deceptum ultra dimediam
- [50] iusti pretii, seu quod iustum pretium sibi addatur vel supleatur. Et renuntiando beneffitio cedendi bonis suis, privilegio sui fori et omni exceptioni et
- [51] <...> deffensionis in contrarium. Et renuntiando omnibus statutis, consiliis, legibus, provixionibus, consuetudinibus et ordinamentis Comunitatis plebis Locarni et Schone
- [52] et cuiuslibet alterius comunis, factis vel fiendis, in contrarium loquentibus. Et illi legi qua cavetur ne liberum corpus pro pecunia vel debito capiatur vel
- [53] detineatur. Et generaliter omni alteri iuri auxilio, beneffitio atque legi in contrarium, et quo, seu quibus, se a predictis vel aliquo predictorum thueri vel iuvari
- [54] posset, seu contra predicta venire, vel alliquod predictorum, ratione <aliqua> de iure, necque etiam de facto.
Actum Locarni, in domo habitationis ser Petri de Duno

- [55] notarii infrascripti, qui presens instrumentum tradidit, unde plures inter<fuerunt testes et> secundi notarii, noti, vocati et rogati: Martinus filius quondam Zaneti
- [56] ³ de Briono; Bartholomeus filius quondam Rolandi de Servaticis de Schona; <...> Gulino filius quondam Romerii de Intragnia; et pro secundis notariis: Andreas
- [57] filius quondam Johanoli Mini de Muralto de Locarno; Nicholaus filius Turchoni, habitans Locarni; et Henrichus de Pengio, filius quondam Johanis Henrici de Loxono; ac
- [58] Lutius [?] filius Gulielmoli Panchaldi de Schona; omnes noti, vocati et rogati ac ydonei.
- [59] S.T. Ego Petrus de Duno, publicus imperiali auctoritate notarius, filius quondam domini Tadey de Duno de Schona, hoc instrumentum venditionis rogatus tradidi; ad
- [60] scribendum dedi infrascripto Bartolomeo notario et me subscripsi.
- [61] S.T. Ego Bartholomeus, publicus imperiali auctoritate notarius, filius Gotardi olim Zani Vachini de Schona, hoc publicum instrumentum venditionis,
- [62] rogatu suprascripti ser Petri de Duno notarii utsupra, qui id tradidi[t], scripsi et me subscripsi.

3 La riga comincia con uno spazio vuoto.